

Die Geburt Jesu (Pseudo-Matthäus 13,1-3; 14,1)

Neben den vier „echten“, so genannten kanonischen Evangelien und den übrigen Schriften des Neuen Testaments entstand in den ersten Jahrhunderten des Christentums eine stattliche Anzahl von Texten im Stil von Evangelien, Apostelgeschichten, Apostelbriefen und Apokalypse. Bei diesen als „apokryph“ (unecht) bezeichneten Werken handelt es sich nicht um Fälschungen im literaturkritischen Sinn des Wortes. Sie sind vielmehr als ergänzende Erklärungen des NT gedacht, auf dessen Berichten sie aufbauen, und enthalten bestimmte Aussagen, die im Zuge der sich immer verfeinernden Theologie als notwendig empfunden wurden. Der Stil dieser Schriften schließt eng an den der Bibel an. Die Apokryphen wurden zwar nie als göttlich inspirierte Werke angesehen, waren aber, da sie mit ihren legendenhaften Zügen dem Bedürfnis des Volkes nach Unterhaltungsliteratur entgegenkamen weit verbreitet und boten infolge ihrer oft in anschauliche Details gehenden Schilderungen vielfach die Grundlage für Darstellungen biblischer Szenen in der bildenden Kunst.

Der folgende Text ist dem so genannten Pseudo-Matthäus-Evangelium entnommen, dessen Zentralgestalt Maria ist. Es wurde wahrscheinlich im 8. oder 9. Jahrhundert im karolingischen Raum (Deutschland/Frankreich) als Sammlung älterer griechisch abgefasster Erzählungen über die Kindheit Jesu angelegt und erfreute sich während des ganzen Mittelalters größter Beliebtheit. Manche seiner Einzelheiten haben sich bis in die neuzeitliche Volkskunst (z.B.: Weihnachtskrippen) erhalten.



Factum est autem post aliquantum tempus, ut fieret **professio ex edicto Caesaris** Augusti, ut **profiteretur** unusquisque in **patria** sua. Haec professio facta est a **praeside** Syriae Cyrino. Necesse autem fuerat, ut Ioseph cum Maria proficisceretur in Bethleem, quia exinde erat, et Maria de **tribu** Iuda et de domo ac patria David.

Cum ergo Ioseph et Maria irent **per viam**, quae ducit Bethleem, dixit Maria ad Ioseph: "Duos populos video ante me, unum flentem et alium gaudentem." Cui respondit Ioseph: "Sede et tene te in iumento tuo et noli **superflua** verba loqui." Tunc apparuit puer **speciosus** ante eos, indutus veste splendida, et dixit ad Ioseph:

professio, -onis f. = Volkszählung; **ex** – hier: wegen; **edictum**, -i n. = Erlass; **Caesar**, aris m. = Kaiser; **profiteor**, -eris, -eri, -fessus sum = sich eintragen lassen; **patria**, -ae f. = hier: Heimatstadt; **praeses**, -sidis m. = Statthalter **tribus**, -us f. = Stamm

per viam = in via

superflua 3 = überflüssig
speciosus 3 = wohlgestaltet

"Quare dixisti verba superflua esse de duobus populis, de quibus locuta est Maria? Populum enim Iudaeorum flentem vidit, quia recessit a deo suo, et populum **gentium** gaudentem, quia **accessit** et prope **factus est** ad dominum, **secundum** quod promisit patribus nostris Abraham, Isaac et Iacob; tempus enim advenit ut in **semine** Abrahae **benedictio** omnibus gentibus tribuatur."

Et cum haec dixisset, iussit **angelus** stare iumentum, quia tempus advenerat pariendi; et praecepit descendere de animali Mariam et ingredi in speluncam subterraneam, in qua lux non fuit umquam sed semper tenebrae, quia lumen diei **penitus** non habebat. **Ad ingressum** vero **Mariae** coepit tota spelunca splendorem habere, et quasi sol ibi esset ita tota fulgorem lucis ostendere; et quasi esset ibi hora diei sexta, ita speluncam lux divina illustravit; nec **in die** nec **in nocte** lux ibi divina defuit, quamdiu ibi Maria fuit. Et ibi peperit **masculum**, quem circumdederunt angeli nascentem et natum adoraverunt dicentes: "Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis." Iam enim **dudum** Ioseph perrexerat ad quaerendas **obstetrices**. Qui cum reversus esset ad speluncam, Maria iam infantem genuerat. Et dixit Ioseph ad Mariam: "Ego tibi Zelomi et Salomen obstetrices adduxi, quae **foris** ante speluncam stant et prae splendore **nimio** huc **introire** non audent." ...

Tertia autem **die nativitatis** domini egressa est Maria de spelunca et ingressa est stabulum et posuit puerum in **praesepio**, et **bos** et **asinus** adoraverunt eum. Tunc **adimpletum** est, quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: "Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui." **Ipsa** autem animalia in medio eum habentes **incessanter** adorabant eum. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Abacuc prophetam dicentem: "In medio duorum animalium **innotesceris**." In eodem autem loco moratus est Ioseph et Maria cum infante **tribus diebus**.

gens, genits f. = hier: Heiden (die zukünftigen Christen, die, vom jüdischen Standpunkt aus, Heiden sind); **accessit et factus est** – die Perfekte sind präsentisch zu verstehen; **secundum** + Akk = gemäß; **semen**, -inis n. = hier: Nachkommenschaft; **benedictio**, -onis f. = Segen; **angelus**, -i m. = Engel;

penitus = hier: völlig; ad **ingressum Mariae** = cum Maria ingrederetur

in die, in nocte – „in“ statt des bloßen Abl. Temporis

masculus, -i m. = Männchen, Mann

dudum = seit längerer Zeit
obstetrix, -icis f. = Hebamme

foris = draußen

nimius 3 = allzu große; **introire** = eintreten

tertia die nativitatis = tertio die post nativitatem

praesepio = **praesaepio**, -onis f. = Krippe; **bos**, bovis m. = Ochse;

asinus, -i m. = Esel

adimpleo 2, -evi, -etum = erfüllen

ipsa = ea

incessanter = ununterbrochen

innotescor, -eris, -i = bekannt werden (hier Futur)

tribus diebus – Abl. temporis statt Akk. der zeitl. Erstreckung